liâ prope Auguſtam Sueſſonum occurrentes. Eædem minimæ, ac minùs convexæ. Eædem ruptæ, ut veſtigia Embryonis nondum maturi appareant. Lentes lapideæ maiores orbiculares quaſi planæ, albicantes, aut flaveſcentes cum una tranſverſim rupta, ut Embryo inhærens, et quaſi perfectus appareat. Alia horizontaliter aperta, ut Embryo in illa hærens, quaſi iam perfectus omnimodè appareat. Matrix albicans in qua una Lens ſita erat, et mediante aqua fervente ab eâ ſeparata. Lenticulæ minimæ lapideæ orbiculares ex utroque latere tantillùm convexæ, ex albido caſtanei coloris dilutioris politiſſimæ, ac ſplendentes, ſtriiſque pictis vix ſenſibilibus à peripheriâ verſus centrum tendentibus exornatæ. Lapilli Sarcenagenſes dicti è monte Sarcenage propè Gratianopolim in Delphinatu. Harum matrix videri poteſt in Icone Acuminis Gladii Piſcis Xiphiæ petrificati, ubi Lapis immerſus ejuſdem materiæ licet oblongus apparet: optimi videntur Lapilli oculares.

Lentes orbiculares lapideæ ex Hiſpania.

139. Lenticulæ ſeu Lentes lapideæ orbiculares Hiſpanicæ è Catalonia, vel Ovula, ſeu Volvæ diverſorum marinorum hucuſque incognitorum: Lenticulæ lapideæ orbiculares minores et craſſiuſculæ ex utroque latere ſenſibiliter convexæ. Eædem minimæ. Eædem ruptæ cum veſtigiis Embryonum apparentibus. Lentes lapideæ orbiculares maiores ex utroque latere quaſi planæ læves. Eædem ruptæ cum veſtigiis Embryonum apparentibus. Eædem minimæ. Eædem ruptæ, ut veſtigia Embryonum appareant.

140. Lenticulæ